

gaudia filiis suis annuntiat; si laetitiae vestes Ministris suis praescribit, si Altaria festivo ornantur apparatu; haec omnia, aliaque, quae offeri possent, si cum aliis omnibus conferantur ritibus, et caeremoniis superpositis, non comprobant plenam perfectamque ejus laetiliam, et per anticipationem fiunt. Nam hujus Sabbati dies nullum per se de die Officium haberet, et esset per se, inspecta aequae ac praecedens Feria VI., dies aliturgica, et totum Officium antiquitatis erat sequentis noctis ejusdem Sabbati. Haec omnia, quae sunt huc usque adnotata, si quis attente consideret, facili negotio sibi persuadere poterit, solemnitates omnes, quae cum imperfecta laetitia non conveniunt, quae cum gaudio et moerore simul componi nequeunt, prorsus excludi, ac proinde Processiones, de quibus sermo est in Decreto, locum memoratis diebus, nempe Feria V. et VI. majoris hebdomadae, habere non posse, ac jure proinde Episcopum esse laudandum, qui illas prohibuit, et Decretum ab eo latum servandum in posterum esse, et sapienter Sacrorum Rituum Congregatio sancivit.

De Coena Domini cf.:

Cruce (velam.); *Mandatum*; *Lotio pedum*; *Missa in Coena Dom.* *Celebrans* aegrato Episcopo, Vd.: *Episcopus aegrotus. Annuntiatio B. V. M.*; *S. Joseph*; *Officia hebdomadae s.*

COGNOMINA.

1) In Orationib. pro defunctis.

Vd.: *Off. Def. (Orationes; decr. n. 4687 nota.)*

2) Sanctorum,

a) Dicenda.

DECRETUM GENERALE.

Pluries dubitari contingit: utrum in Orationibus Sanctorum Joannis Episcopi

Constantinopolitani, et Petri Episcopi Ravenaten. Cognomina Chrysostomi, et Chrysologi proferri deberent, jubentibus Sacrae Liturgiae legibus, quod Cognomina ex Ecclesiae precibus omnino expungantur: quae sane controversia nuperrime in quadam Etruriae Civitate excitata, delata est ad Sacrorum Rituum Congregationem pro opportuna definitione. Haec autem in ordinario Conventu coactu sub infrascripta die, re mature, diligenterque perpensa, audito prius Voto R. D. Assessoris, ad infrascripti S. R. C. Secretarii Relationem, etsi perspectum habeat Sanctorum Cognomina, vel Patriam non esse in Orationibus apponenda, quum horum Deus non indigeat ad dignoscendum in cujusnam Servi sui, nomine Oratio sibi dirigatur, nihilominus, quoniam non abest ab Ecclesiae disciplina, ut peculiaris aliqua virtus mirificumque donum significetur, ob quae unus, aut alter ex Sanctis caeteris praeluxit, ab hujusmodi lege excipere ea censuit, quae minus proprie Cognomina dici debent, sed potius characterem Sancti alicujus, vel donum illi a Deo collatum exprimunt.

Adeoque Emi. Patres

S. R. C. praepositi in sensu fuere: „Non esse in Orationibus expungenda nomina Chrysostomi, ac Chrysologi, quae adjectiva potius sunt, et vel facundiam, vel vim, et efficaciam divini sermonis recensitis Sanctis, quasi supernaturali inditam virtute designant, idque ubique servandum censuere, si SSm. Domino Nostro placuerit.“

„Die 5. Martii 1825.

Facta autem de praemissis omnibus SSm. Domino Nostro Leoni XII. Pontif. Max. per infrascriptum Secretarium relatione, Sanctitas Sua Sacrae Congregationis sensum approbavit, jussitque edi Decretum generale,

atque, ut ab omnibus servetur, referri mandavit in Acta ejusdem Congregationis, ac typis evulgari.

Nro. 4610. Die 8. supradicti Mensis, et Anni.

NOTA GARDELL. AD HOC DECR.:

Dubitatum saepe fuit, num in Orationibus recitandis in Officio et Missa *S. Joannis Constantinopolitani Antistitis, et S. Petri Episcopi Ravennae* addi possent agnomina *Chrysostomi, et Chrysologi*, an potius omitti vigore Decreti ab hac S. Congreg. editi in Einsilden. 23. Junii 1736., quod jubet ut *expungantur omnino in Orationibus tantum cognomina et Patriae Sanctorum*. Jure autem super hoc rogata S. R. C. definivit, stricte accipiendum esse praefatum Decretum, nec extendi ad agnomina, vel pronomina specialis praerogativae, qua Sancti decorantur. Ratio autem discriminis est, quia familiae cognomina, et Patriae designatio distinguunt personam ab aliis, quibus idem nomen est, et cum Oratio dirigatur ad Deum, non est opus, ut Sanctus, cujus memoria recolitur, cognomine aut Patria ab aliis ejusdem nominis secernatur. Etenim, ut notat Cavalerius tom. 2. cap. 38. decr. num. 4.: *In Orationibus . . . Deum alloquimur, qui haud eget instrui, cujusnam Sancti intercessionem postulemus, quare ab Orationibus, aliisque, quae ad Divinum pertinent Officium, merito ad distinctionem Patria apponi vetatur: et ibidem decr. 2 num. 2. ubi in praecedenti decreto ab Orationibus Patria expungi dumtaxat praescribitur: modo et Patria, et cognomina expungenda dicuntur. Sicuti namque in praecedenti decreto ponderabamus, Deum, quem in Orationibus alloquimur, ut intelligat cujus Sancti praesidium, imploramus, cognomine aliquo nefas est indignum reputare.*

Non ita dicendum de pronomine, quod includit, atque designat specialem quamdam qualitatem seu praerogativam, qua Deus decoravit Sanctum, de quo recitatur Officium, uti sunt *Joannes Chrysostomus et Petrus Chrysologus*. Non enim pronomine adjicitur, ne confundantur cum aliis Sanctis ejusdem nominis, uti sunt familiae cognomen et indicatio Patriae, sed adjicitur ad recolendum singulare donum iisdem concessum, quod ad Dei donantis gloriam referretur, et ad fidelium aedificationem. Praefatus Cavalerius ibidem *decreto 1. num. 5.* postquam a regula excipiendas esse docuerat *Mariam Magdalenam, Mariam Aegyptiacam*, aliasque Sanctas, quae *Mariae* nomen habent, ut distinguantur a *Maria Christi Matre, quam sicuti dignitas a caeteris mulieribus admodum distare facit, ita congruit eadem secernatur, ita ut Mariae nomen absolute, et simpliciter pronuntiatum, Matri Christi dumtaxat adaptetur: prosequitur ad decr. 2 num. 4.: ab hac regula (vetante additionem cognominis et Patriae) exciperemus agnomina illa, ut *Chrysostomi et Chrysologi etc.*, quae tituli honoris sunt et praesertim quia novissime cum hoc titulo in Breviarium S. Petrus Chrysologus invecus fuerit: videri etiam potest Gayetus in *Hortologia lib. 3. cap. 2 quaest. 5.**

Et revera, si in Orationibus id exprimendum est, in quo magis emicuit Sanctus, de quo celebratur memoria ad fidelium aedificationem et exemplum: curnam tacendum erit pronomine, quod donum Dei includit et pandit, veluti sunt *Chrysostomus et Chrysologus*? Nonne haec duo pronomina miram exhibent in dicendo facundiam, et in suadendo efficaciam, qua *Joannes et Petrus* fuerant insigniter a Deo ditati, ut docerent, instituerent, corriperent, animarum spirituali saluti con-

sulerent, ac devios in vias Domini revocarent? Numne grande hoc Dei donum, quod nedum honorificum est illis, quibus datum est verum etiam in elargitoris Domini gloriam convertitur, cui soli debetur laus, honor, et gratiarum actio, in Orationibus tacendum erit? Numne hujusmodi pronomina confundenda sunt cum familiae cognomine, et designatione Patriae, de quibus dumtaxat loquitur Decretum anni 1736? Res tamen clara ulteriori illustratione non indiget; et cessat modo quaelibet controversia, postquam S. C., re mature discussa, pronomina illa retinenda esse declaravit, ut patet ex relato Decreto. Firmum igitur stat, quod per Decretum anni 1736. delenda ex Orationibus sunt familiae cognomina, Patriae designatio, et aliae quaelibet additiones, quae ideo invectae sunt, ut Sanctus ab aliis eodem nomine nuncupatis distinguatur; non autem pronomina, quae honoris sunt, et ad significandam Sancti, de quo fit Officium, singularem a Deo ipsi datam qualitatem, apponuntur.

Juxta Decretum S. R. C. die 23. Jun. 1736 expungi debent in Orationibus cognomina et patriae Sanctorum; idcirco in aliquibus editionibus Brev. Rom. in Oratione S. Petri Coelestini die 19. Maji ponitur tantum: *Deus, qui beatum Petrum*, in aliis vero tam antiquis, quam novis additur: *Coelestinum*, quia juxta Responsum Romanum die 6. Maji 1747. (quod creditur authenticum) excipiuntur a Decreto citato nomina Sanctorum characteristica, quae exceptio firmatur per Decretum Gen. diei 8. Maji 1825. Idem est de Oratione S. Joannis Gualberti die 12. Julii, in qua additur *Gualberti* in aliquibus Breviariis, in aliis vero omittitur. Quaeritur ergo:

An in Oratione Petri Coelestini solummodo dici debeat B. Petrum, non

addendo Coelestinum; et an in Oratione S. Joannis Gualberti omitti debeat Gualberti, vel addi?

Et S. eadem C. respondendum censuit. „Posse addi *Coelestinum*, debere omitti *Gualberti*, quum non sit nomen.“

Atque ita rescripsit, ac servari mandavit. N. 4985. ad IX. I. Die 7. Dec. 1844.

Vd. Cogn. SS. (non dicenda; decr. n. 5157; 4746.)

b) Non dicenda.

Vd. *Officium Def.* (Orationes, decr. n. 4687 nota.)

Fratribus Ordinis Minor. S. Francisci de Paula non licet in Lylaniis, Orationibus, Versiculis caeterisque actibus inter divina Officia occurrentibus nomen dicti Francisci invocare cum expressione *de Paula*. n. 947. die 14. Febr. 1632; 23. Decb. 1624.

Expugnantur omnino in Orationibus tantum Cognomina et Patriae Sanctorum. n. 4044 (2do) ad 2 die 23. Julii 1736.

Ad dubium: An die 12. Julii ab Oratione sit omnino expungendum verbum „Gualberti“, etsi Auctor Cavalieri contendat, quod non sit cognomen, sed nomen S. Joannis Gualberti? S. ipsa C. respondendum censuit: „Affirmative juxta Decretum in Mechlinien. die 7. Dec. 1844 ad IX.“

Atque ita rescripsit, declaravit, servarique mandavit die 29. Martii 1851. Nr. 5157. ad 5. Vd. *Cognomina SS.* (dicenda; decr. n. 4985.)

Ad dubium: Utrum in Oratione S. Joannis Episcopi Alexandrini ob insignem erga pauperes misericordiam cognomento Eleemosynarii, hoc Eleemosynarii adjunctum recitari debeat, sicuti fit de Chrysostomo, deque Chrysologo?

Et S. eadem C. rescribendum censuit: „Negative.“

Atque ita rescribere censuit, et declarare, Nr. 5180. ad 8. Die 25. Sept. 1825.

Ad dubium: Juxta Decretum Sacrae Rituum Congregationis diei 5. Maji 1736 ab Orationibus expungenda sunt cognomina, et patriae Sanctorum: an igitur die XII. Julii expungendum est nomen Gualberti? Sunt qui contradicunt? S. C. resp.:

„Affirmative juxta Decretum in Einsidlen. Die 5. Maji 1736.

Die 23. Maji 1835. n. 4746 ad 3.

COLLECTA.

Vd. *Oratio*.

COLOR PARAMENTORUM.

1) Altaris.

Vd. *Altare; Expositio SSmi.; Vexillum*.

2) Aureus.

Ad dubium: An S. Paramenta coloris aurei inservire possint pro coloribus albo, viridi, rubro?

Et S. eadem C. respondendum censuit: „Negative.“

Atque ita rescribere censuit, et declarare.

N. 5152. ad 5. Die 29. Martii 1851.

3) In Festo ss. Redemptoris.

In Celebratione festi SS. Redemptoris Jesu colorem album adhibendum esse. n. 5131 ad 1 die 22. Julii 1848.

4) In Missa.

Vd. *Sacerdos caecutiens; Missa de et coram SSmo.; Elias; Missa in aliena Ecclesia; Missa concordans cum Officio*.

In diebus dominicis, quibus tam Fratres (Regulares) quam exteri celebrant de dominica, possunt exteri coloribus uti paramentorum, quibus utuntur Fratres ratione alicujus octavae et Fratres celebrantes in alienis Ecclesiis

Decreta authentica.

uti possunt coloribus juxta ritum earundem. n. 3586 ad 3 die 11. Junii 1701.

Sacerdotes confluentes devotionis gratia non possunt celebrare in Eccles. Monial. missas de Beatis non Canoniz. ipsarum Monasteriis concessas sed celebrare missam de die et se conformare debere confluentes Officio proprio, quatenus color param. Ecclesiae Monialium, in qua celebratur festum, sit idem nec disconveniat. Secus vero alibi celebrandum. n. 3508 ad 2 et 3 die 11. Junii 1701.

Ad dubium: Cum ex privil. Sedis ap. concessae sunt Indulgentiae Mysteriis s. Joseph Confratribus ejusdem et affixae dominicis privilegiatis, ut dominica Quinquag.: utrum in talibus dominicis ob concursum populi, cantata sol. missa vot. de s. Joseph, qualis in aliis privatis missis celebrandis debeat adhiberi color, an violaceus competens dominicae, an albus competens solemnitati ob concursum populi et expositionem SSmi., et utrum fieri possit commemor. de s. Joseph? S. C. resp.: color parament. in missis privatis nullo habitu respectu colori adhibito in quavis missa vot. sol., semper is esse debet, qui convenit Officio in illa die occurrenti. n. 4134 ad 5 die 1. Decb. 1742.

RHEMEN.

Rmme. D. uti Frater.

Quum Sacerdos Joannes Petrus Caddot Vice-Parochus Eccl. S. Jacobi Civitatis Rhemensis S. R. C. exposuerit, plures Sacerdotes in Civitate non minus, quam Dioecesi Rhemensi, annuente Amplitudine Tua, in Divinis Laudibus persolvendis se conformare Brevariario, ac Missali Rom., eosque ut plurimum dubios haerere quoad colorem Paramentorum in Missae Sacrificio nimirum: an sequi debeant quoad

colorem Rubricas Kalendarii Rhemensis, vel potius adigantur adhibere quoad colorem indictum in Kalendario Rom. S. eadem C. ad Quirinale sub-signata die in Ordinariis Comitibus coadunata, audita relatione ab infrascripto Secretario facta, quin aliquid memorato Sacerdoti responderet, satius duxit ad Amplitudinem Tuam scribere, eique communicare, ut qua praestat prudentia, Sacerdotes ipsos commoneat vetitum omnino esse se conformare colori convenienti Officio, quod recitant juxta Breviarium Rom., dum in publicis Eccl. diversus est color, quia in Kalendario Rhemen. Officium ritus dupl. occurrit; ac proinde tunc solum teneri ad expetendum colorem Officio Romano respondentem, quum Semiduplicita occurrunt in Kalendario Rhemensi. Dum Amplitudini Tuae mentem S. C. aperio, diu felix et incolumis vivat. n. 5075. Romae 27. Febr. 1847.

Rmo. D., uti Fratri, Ep. Rhemensi.

Non licet in Missae celebratione aliisque ecclesiasticis functionibus adhibere paramenta etiam pretiosa, quae non respondeant coloribus a rubrica praescriptis S. R. C. 19. Decb. 1829.

5) In missa Dominicae infra octavam.

In casu, quo recitatur officium de dom. per annum occurrente infra aliquam octavam cum commem. festi dupl., quae praefertur illi diei infra octavam, adhibendus est in missa color conveniens octavae. n. 4378 ad 8 die 15. Juni 1776.

Ad dubium: In dominicis infra octavam ss. ap. Petri et Pauli et Dedicacionis Ecclesiae color paramentorum debet esse rubeus vel albus? S. C. resp.: Servandam rubricam et colorem parament. in casu debere esse rubeum

vel album, prout exigit diversitas octavarum. n. 4594 ad XV die 12. Apr. 1823.

6) In missa coram exp. SSmo.

In altari, ubi est publice expositum SSmum, si celebretur missa diei, celebrari debet cum paramentis festo seu Officio convenientibus. n. 4223 ad 3 die 29. Jan. 1752.

7) In missa. (Mixtus color.)

Ad dubium: Quum in Hispania nunc temporis multae sint Eccl. pauperes; quaeritur: an saltem in eis possit permitti in celebratione Missarum tam pro S. Confessoribus, quam Martyribus, ut adhibeatur unum idemque Paramentum ex duobus coloribus albo scilicet et rubro contextum? Et similiter unum idemque Paramentum aliud ex violaceo et viridi coloribus compositum pro diebus, quibus convenit color violaceus, vel viridis juxta Rubricas?

Et S. eadem C. respondendum censuit: „Recurrat ad Ordinarium.“

Atque ita rescripsit, declaravit, indulsit, servarique mandavit. N. 5050 ad 7. Die 23. Mai 1846.

Ad dubium: Potestne continuari usus illarum Ecclesiarum, quae pro colore tam albo, quam rubro, viridi, et violaceo utuntur paramentis vel flavi coloris, vel mixtis diversi coloris floribus? praesertim si colores a Rubrica praescripti in floribus reperiantur? In Rubrica Missalis Fratrum Ordinis Praedicatorum num. 6 legitur: *In diebus vero illis solemnibus . . . uti possumus pretiosioribus paramentis cujuscunque sint coloris, dummodo non sint nigri.* S. C. resp.: „Servetur strictim Rubrica quoad colorem Paramentorum.“ n. 4669 ad 54 die 12. Novbr. 1831.

MARSORUM.

Perlectis resolutionibus datis ab hac Sacra Rituum Congregatione sub die 12. Novembris superioris anni 1831 nonnullis Dubiis propositis ex parte Reverendissimi Marsorum Episcopi, solutionem, seu declarationem iterum postulavit quoad Dubia 54 et 46. At-tenta siquidem Ecclesiarum paupertate Decretum novum exposulavit ad trames alterius quoad Sacram Suppellectilem ex Gossypio confectam, nimirum, ut sublata obligatione servandi strictim Rubricas quoad Paramentorum Colores, sicuti 54. Dubio responsum fuit, Casulae ex variis coloribus assutae, vel flavi tantum coloris tolerari possint quoadusque consumerentur. S. C. resp.: „In decis.“ n. 4684 die 7. Apr. 1832.

Ad dubium: Utrum liceat uti colore flavo, vel caeruleo in Sacrificio Missae et expositione Sanctissimi Sacramenti? S. C. resp.: „Negative.“ n. 4707 ad 2 die 16. Mart. 1833; 23. Sept. 1837.

8) In missa, quando subsequitur Processio.

Vd. *Instructio Clem.* §. XVIII. n. 2—6 §. XIX. n. 11.

9) In missa. (Unus color pro pluribus.)

Paramenta coloris flavi adhiberi non possunt pro quocunque colore. n. 4815 ad VIII. 1. die 22. Sept. 1837.

Item paramenta confecta ex serico et aliis coloribus floribusque intexta, ita ut vix dignoscatur color primarius et praedominans, usurpari non valent mixtim pro albo, rubro et viridi. *Ibid.* ad VIII. 2.

Ad dubium: An usus coloris caerulei in s. paramentis permitti possit pro colore albo, uti fieri assolet in missis B. V. M. vel potius violaceo? S. C. resp.: Negative in omnibus et usum caerulei coloris veluti abusum

eliminandum. n. 4847 ad 2 die 23. Februar 1839.

PISANA.

Emmi. et Rm. Signori.

L'odierno Arcivescovo di Pisa Ragnieri Alliata rappresenta con profondo ossequio all' Emze Vostre Rme, che dopo aver proibito ad un Nobile Signore di far celebrare la Santa Messa, e di esporre il SSmo. Sacramento nella di lui Capella publica di Campagna colia Pianeta e Piviale di Broccato paonazzo, dietro le assicurazioni, che aveva avuto tanto dal defunto Mons. Fornici, che da Mons. Perugini Sagrista della Pontificia Capella „ch'era stata fissata la massima di non ammettersi fuori che il fondo del Drappo per il colore, che può usas secondo il Rito senza attendere nè il recamo, nè i fiori“ e che perciò non si poteva permettere nè il Piviale paonazzo per le esposizioni del SSmo. Sacramento, nè la pianeta di broccato di fondo paonazzo per la Messa, allorchè il colore dev'essere bianco, o altrimenti; ha potuto risapere, che lo stesso Cavaliere, lo ha fatto usare anche in quest'Anno ad onta della sua proibizione, solo perchè un'Ecclesiastico gli aveva detto che gli ordini emanati dalla sa. me. Leone XII erano veri, ma portavano ancora, che fino a tanto che durassero i vecchi Paramenti di altri colori, fosse tollerato l'uso di quelli anche per l'Esposizioni, purchè nel farli nuovi si stesse alla regola stabilita.

Questa eccezioni non essendo stata rilevata dai sullodati Prelati allorchè gl'interpellò, non crede che possa sussistere, e d'altronde per procedere con ogni regolarità sottopone alle ellevate menti dell'Emze Vostre Rme come l'organo più diretto, la presente questione, affinchè si degnino accordargli quella risolutione, che crederanno poter

convenire, Oude ec. Perillustris et Rme. Dne. uti Fr. Acceperunt Eminen- tissimi Patres Sacrorum Rituum Congregationi praepositi ex tuo supplici libello, quem huic reperies fasciculo insertum, in quodam rurali publico Sacello sacras peragi Functiones, nec non sacrosanctum Missae sacrificium cum Paramentis textilis serici violacei coloris, etiamsi Missae colori non respondeant. Quae omnia quum Emi. Patres Rubricarum dispositionibus obstare cognoverint, et ex parte Sacrorum Rituum indemnitati provideri posse considerint, rescribendum censuerunt in Congregatione ordinaria sub infrascripta die coacta ad Vaticanum: „Archiepiscopo provideat omnibus juris remediis etiam nomine Sacrae Congregationis.“ Et Amplitudini Tuae diuturnam ex animo exopto felicitatem. Die 19. Decembris 1829. „Rmo. Archiepiscopo Pisano.“ n. 4653.

VICEN.

Inter postulata a Rmo. Episcopo Vicen. in Visitatione ad Limina transmissa unum extat, quo ipse jure con- queritur de confusione colorum in paramentis sacrosancto Missae Sacri- ficio, aliisque Ecclesiasticis Functionibus deservientibus, quae etiamsi Sacris Ri- tibus opposita, in dicta tamen Civitate, et in ceteris Episcopatus Ecclesiis con- spicitur. Huic propterea abusu providere, immo de medio tollere volens, humillime supplicavit idem Episcopus pro opportuno remedio. Et Sacrorum Rituum Congregatio in ordinario Coetu ad Vaticanum sub infrascripta die co- acta respondendum censuit: „Serven- tur omnino Rubricae Generales, facta tamen potestate Episcopo indulgenti, ut in Ecclesiis pauperibus permittat illis uti donec consumentur. Die 19. Decembris 1829.“ n. 4655.

10) In Missa de Requ.

Vd.: *Communio in missa de requ.* (decr. n. 5111). *Indulgentia altaris privil.*; (Color. parament.) *Altare privileg.*

Servandum esse decretum Vicarii in Ecclesia *Cathedr.* (Oritanae) ne in posterum celebrentur missae defunctorum nisi cum colore nigro vel saltem violaceo. Quo vero ad alias Ecclesias planetas hujusmodi facere non valentes et proinde qualibet colori uti solitas, audiendum esse eundem Vicarium. n. 2504 die 21. Juni 1670.

Ad dubium: An possit dici missa de Requ. in paramentis violaceis, ut praeberi possit s. Communio cum particulis praeconsecratis? S. C. resp.: Serventur rubricae. n. 4815 ad III. 2 die 22. Sept. 1837.

Ad dubium: 1. An liceat Sacerdotibus uti paramentis nigris et celebrare missam de Requ., ut satisfaciant obligationi, quam susceperunt celebrandi secundum intentionem dantis eleemosynam, quando prorsus ignorant, quae- nam sit illius intentio, pro defunctis necne?

2. An liceat Sacerdotibus uti param. nigris et celebrare missam de Requ., ut satisfaciant obligationi, quam susceperunt celebrandi pro vivis?

S. R. C. resp.: Ad 1: Affirmative.

Ad 2; Affirm., quando non diverse praescripserit, qui dedit eleemosynam. Die 29. Novb. 1856.

C. Ep. Alban. Card. Patrizi.

11) In missa de Req. cor. SSmo.

In expositione SSmi. occasione 40 *hh. occurrente in die Commem. omn. fid. def.* possunt dici missae sol. et privatae de Requ. Quaeritur: an adhiberi debeant paramenta coloris violacei vel nigri? S. C. resp.: Arbitrio superioris localis. n. 4477 ad 2 die 16. Sept. 1801.

12) In miss. vot. B. V. M.

Vd.: *Sacerdos caecutiens* (decr. n. 4498.)

Ad dubium: Quo colore utendum est pro missis votiv. B. V. M. in sab- batis in illis Ecclesiis, ubi fit de mar- tyre dupl.? Adhiberi debet color albus. n. 4395 ad 4 die 18. Decb. 1779.

13) In Vesp. cor. SSmo. et in vesp. cum subsequ. processione.

Vd.: *Instructio Clement.* §. XVIII. n. 1—5.

COLOR VELAMINIS CRUCIS.

Vd.: *Cruz* (Velamen.)

COMMEMORATIO.

1) SS. Apostolorum omnium.

(Cf. *Commem. SS. Apost. Petri et Pauli.*)

Per Decretum die 9. Apr. 1802. datum, et in quibusdam Breviariis in- sertum in Festo SS. Ap. Petri et Pauli fit commemoratio omnium Apostolorum in I. et II. Vesp. ac in Laudibus per proprias Antiphonas, et fit etiam in Missa, Item in quibusdam Missalibus invenitur commemoratio omn. SS. Mar- tyrum in Festo S. Stephani Protomartyris, sed non reperitur haec commemo- ratio in Breviariis. In novis Mis- salibus Communio Missae in Festo S. Petri Chrysologi die IV. Dec. differt a Communionem Missae de Communi Doctorum, cui substituitur alia, quae incipit: *Domine quinque talenta.* Con- venitne, ut hae nostrae Rubricae ad Dioecesim extendantur?

Et S. eadem C. rescribendum censuit:

„Negative quoad primam partem, nisi constet de speciali concessione: affirmative ad secundam.“

Atque ita rescripsit, ac servari praecipit eadem in Archidioecesi. Die 12. Sept. 1840. N. 4904 ad 1.

SYRACUSAN.

Ex Apost. Literis in forma Brevis usque ab anno 1828 IV. Id Apr. ex- peditis super reductione Festorum in regno utriusque Siciliae s. m. Pius Papa VII. edixit, ut Officio ac Missae SS. Ap. Petri et Pauli III. Kal. Jul. addere- tur commemoratio omn. SS. Apostolorum, et omn. SS. Martyrum. Verum quum interdum hoc SS. Apostolorum Festum occurat ipsa die octavo SSmi. Corp. Ch., Rmus. Syracusan. Antistes S. R. C. enixe rogavit, ut declarare dignaretur, num hujusmodi in occurso enunciata comm. SS. Apostolorum et Martyrum, utpote Festo SS. Ap. Petri et Pauli adnexa, fieri debeat ante comm. diei oct. SSmi. Corp. Chr.? Et S. eadem C. ad Vaticanum hodierna die coadunata in Ord. Coetu, referente subscripto Secretario, respondendum censuit: „Quum nihil praescribatur in enunciato Ap. Brevi, praecedere debet comm. Octavae SSmi. Corp. Ch.“ At- que ita servandum mandavit. n. 5045. Die 23. Maji 1846.

Quum s. m. Pius Papa VI. de anno 1798. XV. Kal. Junii indulserit, ut in Festo SS. Ap. Petri et Pauli III. Kal. Julii adderetur comm. omn. SS. Ap. in Vesperis, Laudibus ac Missa; ac ut comm. omn. SS. Mart. apponeretur in Officio et Missa S. Stephani Protomart. VII. Kal. Jan., in Belgio varia est praxis quoad memoratas Commemora- tiones; alii siquidem contendunt faciendas esse sub unica, alii sub di- versa conclusione, proindeque quaeri- tur: An in praedictis Festis Oratio pro comm. uniri debeat in Missa Oratio Festivitatis sub unica conclusione, an potius dicenda sub distincta con- clusione?

Et S. eadem C. rescribendum cen- suit: „Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.“

Atque ita rescripsit, definivit, ac